Pacent.

ILlustrisſime & Reuerendisſime D. Reuerendisſimus D. Epiſcopus Pacent. ob multa ſcandala, quæ quotidie oriuntur in ſua Diœceſi, & ſignanter, quia de anno præterito repertus fuit quidam frater Franciſcanus, qui abſq; eo quod ad ordines eſſet promotus rem ſacram, ſeu Miſſam celebrabatur, & alter qui pariter ordinibus non initiatus confeſsiones audiebat, cogitur in huiuſmodi re cautũ, & aliquantulum riguroſum ſe reddere, quia faceret ceſſautibus dictis ſcandalis; & ideò curauit, & curat, quod confeſſarij, & iam ab eius anteceſſore approbati, iterum examinẽtur, vt ſciatur qui ſint illi qui ad huiuſmodi onus ſunt admiſsi, & de cætero tollatur, & iam occaſio delinquendi, quod quãuis ſit conforme conſtitutioni ſanct. mem. Pij Papæ V. In ordine Bullarij 135. incip. Roman. Pontif. Prouidẽtia, & etiam iuxta decreta huius ſacræ cõgregationis aliàs emanata, nihilominus quidam, ex fratribus mendicãtibus, qui aliàs à ſucceſſoribus ipſius D. Epiſcopi examinati, & approbati fuere recuſant dicto examini de nouo ſe ſubijcere fundantes ſe in diſpoſitione Clem. dudum de ſepulturis.

QVa propter ſupplicatur declarari an ipſe Reuerendisſimus D. Epiſcopus dicta Clem. & quibuſcumq; alijs contrarijs non obſtãtibus poſsit prædictos fratres, & religioſos mendicantes, & quoſcumq; alios fratres cuiuſuis ſint ordinis regulæ, & religionis etiam ab Epiſcopis anteceſſoribus idoneos repertos, & approbatos, qui tamen ab ipſo Reuerendisſimo D. Epiſcopo examinati, neq; approbati fuerint ad nouũ examen compellere.

SAcra congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum cenſuit, poſſe: modo ab ipſomet præſenti Epiſcopo examinati, & probati non fuerint.

A. Cardina. Vicecomes.